87

Monachorum Miechovien:

Sigismundus Augustus DEI gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae totius, Prussiae, Masoviae Samogitiaeq. &c. Dominus & haeres. Significamus praesentibus literis nostris quibus expedit universis et singulis tam praesentibus quam futuris. Exhibitas esse nobis per Venerabilem Joannem praepositum Monasterii Miechoviensis literas pargamenas privilegii Serenissimi olim Domini parentis nostri desideratissimi Venerabili olim Thomae Praeposito Miechoviensi et ejus monasterio ad bene placitum majestatis suae paternae et ejus successor. super sex mensuras salis cocti in Zuppis nostris Bochnensibus quatuor grossis latis emendas & recipiendas concessas integras et omi prorsus suspitionis nota carentes, supplicatumq. fuisse, ut eam concessionem ratam habere et similiter ad beneplacitũ nostrũ conferre dignaremur cujus quidem concessionis tenor is est. Sigismundus DEI gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae &c. Significamus tenore praesentiũ quib. expedit universis et singulis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris Quia cum exponeret nobis Venerabilis Thomas Praepositus Monasterii Miechoviensis inserta habentur classe eadem sup: fol: 581.

Quam quidem concessionem Salis cocti sex mensuras quatuor grossis latis singulis quatuor temporibus anni per ipsum praepositũ et monasterium Miechoviense ex Zuppis Bochnensibus modo superius recensito emendi et percipiendi, nos ratam et firmam habentes ad bene placitũ nostrũ et successor. nostror. ipsi Joanni praeposito et suis successoribus contulimus et Conferimus per praesentes. Quare vobis Magnifico et generosis Spytek de Tarnow Palatino Siradien. Brzeznicen. Krzepicen. Krzezovicen. Osztrzesoviensiq. Capitaneo et Joanni Luthomirski Burgrabio Crac: Curiae nostrae Thesaurario. Lanciciensiq. Capitaneo Praefectis Zuppar. nostrarum Cracovien. modernis et pro tempore existentibus mandamus ut sal ejus modi modo superius expresso singulis anni quatuor temporibus ipsi Joanni praeposito et suis successoribus in Zuppis nostris Bochnensibus emere et percipere in effectu permittant, de quo Sale & Fid. vestras quietamus et quietatio nes hujusmodi in ratione susceptiri sumus. Harũ testimonio literarũ,

quibus

quibus Sigillum nostrum appensum est. Datt Cracoviae pridie festi Assumptionis Gloriosissimae Virginis Mariae. Anno Dñi Millesimô quingentesimô quinquagesimô Regni nostri vigesimô primô Joannes ociesski R.P. Vice Canallarius. Relatio Magii Joannis Ociesski R.P. Vicecancellarii. Succamerarii Burgrabiiq Crac: Sandecenq Capitanei.